









1716:

1. Brucknerus, Th. Hier. Hieronymus: De jure principis et immunit statuum protestantium circa causas matrimoniales
2. Brucknerus, Th. Hier., Collegii iur. decanus: De tribus temporibus regorum et s. Romanae civitatis . . . .  
Programma, lectionis auspiciis Nicolai Thielius Prentiss praemissum.
3. Brucknerus, Th. Hier., Collegii iur. decanus: De legibus contestatione actoris. Programma, Octioni inaugrali Petri Invenorum praemissum.
4. Brucknerus, Nicolaus: Elementis Germanorum in iuri prudentia. Sculp. 1714 & 1718.
5. Brucknerus, Th. Hier., Collegii iur. decanus: Iuris ultimorum voluntatum speciebus, peculantibus in nova per Institutionem Imp. introducta. Programma, lectionis sollemni Thiemis Rotte praemissum.

1714.

6. Budus, Io. Benignus: De Pelagianismo in ecclesia Romana post bullam Anti. haemillianam . . . a Clemente XI R. P. promulgata triumphante.
7. Friesen, Io. Bern., Th. jas. Decanus: Programma Augusti Bayeri lectio auspicata praemissum.
8. Friesen, Io. Bern.: De fine domini.
9. Friesen, Io. Bern., Th. jas. Decanus: Programma Reinhardi Sommeri lectio trans. praecisissima.
10. Gerhardus, Ephraim: De criminum abolitione
11. Gerhardus, Ephraim: De alienatione fundorum Silvaticarum
12. Hambigerus, Laurentius Andras: De utilitate et necessitate  
et bonis literis in iurisprudencia studio captiuncta.
13. Hambigerus, Laurentius Andras et Inclitus, Cens. ful:  
Oratio perpetua. Accedit: Brevis commentatio  
ad 1.1741. D. pro socio. Rec. 1738.

1714.

14. Marbachius, Moricus : De jure acceptorum.

15. Rosa, L. Graef : De beneficiis officiosis.

16. Schroeterus, Christianus : De legatis ad prius causas.

17. Stuvius, Ristianus Gottlieb : Resentia provisorialis  
quae alimenta et expensas litio.

18. Wildenfelius, Christianus : De competencia consistoriorum  
Evangelicorum iuris inferiorum in praesertim  
Sectatoratus Seminis.

19. <sup>a</sup>st Wildenfelius, Christianus : De conditione furtiva ac natura  
et usu hiderio. 2 Sept.

20. Wildenfelius, Christianus : De desertoribus et transfugis.

21. <sup>a</sup>st Wildenfelius, Christianus, Collegii juri*ris* Ieramus  
De pacto illisto praemium merente. Programma in ang.  
Antonii Matthiae Georgii Falckii, lectioni auxipicali  
praemissam. 2 Sept. 1714 - 1754

22. Wildenfelius, Christianus, Collegii juri*ris* Ieramus  
De brasi facto, paucum merente. Programma ... Christophori  
Gothelius Viehersii, lectioni auxipicali praemissam. 2 Sept. 1714  
- 1754

1714.

23. *Weltvangelium, Christianus : De usn. iuris naturalis  
in actu virtutis principia conspicuo.*

24. *Weltvangelium, Christianus : De immunitibus.*

25. *Weltvangelium, Christianus : De furtis impropriis*

1714,3  
COLLEGII JURIDICI DECANUS,  
**GUIL. HIER. BRUCKNERUS, D.**  
PANDECT. PROF. PUBL. CURIÆ PROVINC. FACULT.  
JURID. ET SCABINATUS ASSESSOR

DE  
**LITIS CONTESTATIO-**  
**NE ACTORIS**

OCCASIONE

*L. I. C. commun. divid.*

QVAM

*NOBILISSIMVS SUMMORUM IN JURE HONORVM*

CANDIDATUS

**PETRUS DUVERNOY**

MONTBELGARDENSIS

LECTIONE SOLEMNI, QVAM CURSORIAM  
VOCANT

*d. XXVI. Martii M DCC XIV*

ELEGIT EXPONENDAM

**IN HOC AGIT PROGRAMMATE.**

*7 E N A,*

TYPIS MULLERIANIS.



Ctorem, qui desiderium suum in  
judicio contra reum proponit,  
testari litem h. e. declarare animum  
movendi litem, reum au-  
tem se opponendo actoris inten-  
tioni contestari i. e. simul testa-  
ri litem, extra dubitationis ale-  
am positum est cum apud ICros-  
tum classicos lingvæ latine autores, ut hac ratione litis  
contestatio videatur esse actus rei, in qua significatione  
hodie plerunque accipitur, licet non quævis contradic̄tio,  
actori a reo facta, dicatur hodie litis contestatio, sed haec  
reo, fortasse solum exceptionem fori incompetentis aut  
aliam litis ingressum impedientem opponenti, & ad  
membra libelli nondum respondenti, a judice injunga-  
tur. Num vero in Jure nostro civili etiam Actor, ante-  
quam Reus ejus intentioni quicquam objiciat, proponen-  
do causam coram judice litem contestari dicatur, tam di-  
gnum est querere, quam negligenter id tractetur a Pra-  
cticis, & oscitantia talis multa & magna nobis in praxi  
pariat incommoda. Sic in Jure nostro statuitur, quod li-  
tis contestatio interrumpat præscriptionem I. 26. C. de R. V.  
perpetuet actiones, ut e temporalibus faciat perpetuas  
I. ult. in fine de fidejuss. & nomin. & hered. tut. rem &  
actiones reddat litigiosas I. 1. §. 1. de litigios. I. 10. C. cod.  
usuras currere faciat I. 35. de usur. reum in mala fide con-  
stituat I. 10. C. de acquir. vel ret. poss. item in mora I. 22. de  
reb. credit. trienni, intra quod lis est finienda, faciat ini-  
tiuum I. 13. §. 1. C. de judic. Quod autem in his & aliis qui-  
busdam casibus per litis contestationem non præcise in-  
telligatur responsio rei ad proposita libelli capita, aut ejus  
con-

contradiccio per oppositam exceptionem fori incompe-  
tentis, aut aliam litis ingressum impeditentem, sed etiam  
nuda introductio actionis in judicio ab actore facta, qua-  
tentus iudex reum de illa per citationem reddit certio-  
rem, e citatis legibus & juris harmonia pariterque ratio-  
ne satis probatur. Si enim effectus illi tunc demum se-  
querentur e litis contestatione, quam peragit reus, posset  
hic per malitiam differre responsum aut contradicatio-  
nem, & in maximum actoris præjudicium vel in totum  
vel in tantum eludere effectus istos. Vnicus titulus extat  
in nostro Juris civilis Corpore de litis contestatione, &  
quidem in Codice, continens unicam Legem, tanquam  
sedem principalem nostræ materiæ, in qua *lis tunc*  
dicitur *contestata, cum iudex per narrationem negotii cau-*  
*lam audire cœperit*; audit autem iudex causam per  
narrationem potissimum actoris, dein & rei, qui sup-  
plet circumstantias ab actore omissas, & sic L. C. non  
tantum fit a reo, sed etiam ab actore, De reo res caret  
dubio, de actore jam videbimus. Ita quoad præscrip-  
tionem in *l. 10. C. de prescript. long. temp. disponitur: Nec*  
*bona fide possessionem adeptis longi temporis prescriptio post*  
*moram litis contestata completa proficit, cum post moram*  
*controversiam in preteritum estimeretur, quibus verbis per-*  
*spicie innuitur, moram a reis ratione litis contestatio-*  
*nis factam ipsis non prodesse, licet ab initio bona fide*  
*possessionem fuerint adepti, cum quoad præscriptionem*  
*non attendi debeat tempus eorum responsum, sed po-*  
*tius motæ ab actoribus controversiæ. Similiter in l. 2. C.*  
*de ann. except. constituitur, quod interruptio temporis,*  
*in præscriptionibus lege definiti, fieri posse, modo li-*  
*bellus porrigitur Praesidi aut Episcopo aut Defensori ci-*  
*vitatis aut Tabulario, &, quod hoc sufficiat ad omnem*

temporem interruptionem, sive sit triennii, sive longi  
temporis sive triginta sive quadraginta annorum. Quod  
attinet actiones, litis contestatione perpetuandas, patet  
ex l. 139. de R. I. Quod omnes actiones, que morte aut  
tempore pereunt, semel inclusa judicio salve permaneant.  
Et quis non intelligit, actiones tunc dici judicio inclu-  
fas, quando judicio per actores sunt insinuatae? Etiam  
in tit. C. quando libell. Princ. dat. lit. contes. fac. clare de-  
ciditur, libelli oblationem Principi factam & emissum  
Rescriptum litis contestationem inferre, & actiones per-  
petuare; igitur non expectandum est, donec reus respon-  
deat aut contradicat, quoniam in fraudem actoris diu  
posset id differre. In doctrina de Litigiosis multum di-  
sputatur, quandonam res & actiones fiant litigiosa? ubi  
a Doctoribus multæ & inanæ distinctiones adferuntur,  
quæ nec in Jure, nec æquitate sunt fundatae, & materiam  
sat perplexam magis intricare quam extricare solent. E-  
go missis illis distingvendum puto inter actorem & reum;  
ille dum actionem adversus reum instituit, & per eam a-  
liquid petit, non videtur sibi præjudicare, antequam reus  
respondendo aut contradicendo item contestatur, quia  
reo antea nullum jus est quæsumum, & nullib[us] leges prohi-  
bent, quo minus actor possit poenitentia duci, & vel re-  
tractare actionem motam, vel novam instituere; post li-  
tem vero a reo contestatam huic jus per quasi contractum  
acquiritur, ut actor alteri nequeat rem vel actionem jam  
litigiosam cedere; hic (nempe reus) post solam litis con-  
testationem ab actore factam, qua citatione judicis venit  
in ejus notitiam, non potest rem actione sive reali sive per-  
sonali pettam alienare; alias si demum res per responsio-  
nem aut contradictionem rei faret litigiosa, liceret huic in  
præjudicium actoris illam in alium transferre, & hunc in  
finem

finem litis contestationem, ex sua parte faciendam, diu differre, cui malitia leges nostræ non indulgent. Meretur id pluribus deduci, sed exclusus tempore uberiorem explicationem alii occasioni, si Deus dabit, reservo; sufficiat saltē notasse, quod per L. C. res fiat litigiosa, aliter tamen, ut dixi, ex parte actoris, aliter ex parte rei, vide I. 1. S. 1. de litigio. l. 2. C. cod. Novell. 112. c. 1. conf. c. 30. de V. S. Quoad usuras communiter distinguunt Doctores de jure civili inter negotia bona fidei & stricti juris, ut in illis currere incipient a tempore litis contestatae l. 35. de usur. in his vero non, cum e sola debeantur stipulatione l. 1. C. de condit. indeb. l. 3. C. de usur. l. 24. de prescr. verb. Per L. C. intelligitur tempus litis mota ab actore, cum alias debitor latitare, & diu litis contestationem in fraudem actoris protrahere posset. Hodie in stricti juris contractibus non minus ex mora & nudo pacto, quam stipulatione debentur usuræ R. I. de anno 1654. anreichend die 170. Berlich. p. 2. conclus. 28. num. 10. Richt. p. 2. decis. 74. num. 17. Per litis contestationem, quæ possessorem usurpare volentem in mala fide constituit, non præcise intelligi responsionem aut contradictionem a reo factam, sed sufficere ad istam, ut lis reo mota sit ab actore, colligitur e l. 10. C. de acquir. & retin. poss. in verbis: ex interposita contestatione & causa in judicium deducit. adde §. 2. I. de offic. judic. in verbis: post inchoatam autem petitionem; & omnium clarissime in l. 25. §. 7. de heredit petit. Vbi postquam verba SCti: si ante item contestatam fecerint, sunt recensita, ait ICtus Vlpianus: Hoc ideo adjectum, quoniam post item contestatam omnes incipiunt male fidei possessores esse; deinde explicat, quid per item contestatam intelligatur: quin imo post controversiam motam. Quanquam enim litis contestatio fiat in

SCto, tamen & post motam controversiam omnes posseffores pares fuint, & quasi predones tenentur. Et hoc jure hodie utimur: caput enim scire rem ad se non pertinentem possidere se is, qui interpellatur. Hic textus notatu dignus ad similes applicari potest casus. Quoad moram in l. 22. de reb. credit. tempus litis contestata exponitur, cum aliquid petitum esset, quod ipsum sit ab auctore. Tandem in l. 13. §. 1. C. de judic. cum dictum esset, lites non ultra triennium metas post item contestatam esse protrahendas, ratio additur: nam si ipsi (scil. rei) noluerint, nullus tam audax invenitur, qui possit invito iudice item protelare; unde manifestum est, quod cum Reus non respondendo aut non contradicendo diu differre item queat, non sit ejus, sed actoris litis contestatio spectanda. Neque indoles latinæ lingua repugnat, quæ verbum: *contestari* sepe pro: *testari* sumit, & quoniam non minus auctor, quam reus testatur coram iudice item, recte quoque ab auctore litis testatio vel contestatio fieri dicitur. Haec occasione l. 1. C. commun. divid. quam Noster Candidatus elegit explicandam, & in qua litis contestatio etiam significacionem habet litis introductionis in iudicio ab auctore factæ, differere volui; nunc de ipso Nobilissimo Candidato

## PETRO DUVERNOY

quædam dicenda supersunt. Natus est d. xxiii. Maii MDC LXXXI. in civitate Montbelgardeni Patre pia memoriæ JOHANNE JACBO DUVERNOY Consule dictæ civitatis, & Matre optima Matrona ELISABETHA MERMETA. Prima parentum cura fuit, ut Filio pietatis & religionis capita instillarentur; post, cum animum non minus pronum quam aptum ad studia humaniora comprehenderent, ad scholam publicam eum miserunt commendatum

tum curæ primum Clarissimi Cōrectoris PRĒSNĒRI iam  
pie defuncti, deinde Amplissimi Rectoris JULII FRIDE-  
RICI DUVERNOY, Viri in studiis Theologicis & ele-  
gantiori literatura versatissimi, cuius cognati sūi fideli in-  
formatione per sexennium usus est, & merita in se maxi-  
ma valde deprædicat. Dignum parentes pariter & præ-  
ceptores judicarunt, qui ad excolenda sublimiora studia in  
Academias dimitteretur. Profectus igitur Tübingam se-  
dulo audivit in Morali philosophia ejus Professorem spe-  
cietatissimum HOCHSTETERUM, Pufendorffii libellum  
de officio Hominis & Civis explicantem ; in Historicis  
Professorem egregium NEVES ; dein ad Juris cognitio-  
nem addiscendam se contulit, cuius Elementa tradidit ce-  
leberrimus Professor MEIERUS ; nec parum sibi gra-  
tulatur de doctrinis præstantissimorum JCTORUM HAR-  
PRECHTI Senioris & SCHWEDERI. In Aca-  
demia illa fere per quadriennium commoratus jussu  
parentum Basileensem adiit, ubi Collegia frequentavit ex-  
cellentissimorum Professorum BURCKARDI, differentias  
Juris Civilis & Canonicī tradentis , & HOFFMANNI  
uniuersalem Historiam explicantis, & BARTOLI, Regis  
Franciæ Pensionarii, Mathematica studia exponentis. Ab  
his Musis ad patrias rediit, missus posthac a parentibus Lu-  
tetiam Parisiorum, illud Supremum totius Galliæ Parlamen-  
tum frequentaturus, ubi tot admiranda oculis subjecit, ut  
ea iam recensere nimis foret prolixum. Compendium ad-  
mirandorum Galliæ sistit Rex Augustissimus LUDOVI-  
CUS MAGNUS, quem ejusque régiam familiam (les Prin-  
cesses & Princesses du Sang ) spectasse pro maxima reputat  
felicitatis parte. Circumiacentia quoque loca Versaliæ,  
(Versailles) ubi Regium visitu Palatum, & Dionysium

(8.

(S. Denis) ubi thesauris Regius, & Sepultura tot Regum ostenditur, & S. Chlodoveum (S. Cloud) adiisse gaudet, quorum res memorandæ in admirationem ipsum traxere; ubi per biennium fere Parisis substitut, in patriam denuo iter direxit, in numerum Aduocatorum Montbelgarden-sium receptus. Tædio intestinorum patriæ dissidiorum Germaniam repetit, in qua Francofurti ad Moenum gratiam singularem expertus est Illustrissimi Comitis Stolber-gensis, qui curam studiorum & morum liberorum suorum ipsi commisit; in hac statione per sexennum vixit, tandemque mortuo laudatissimo Comite patre Salanam nostram ingressus est, ubi a Facultate nostra Juridica petiit, ut ad consveta Candidatorum Examina ipsum admittiteremus. Annuius honesto ipsius desiderio, & exploratis juris profectibus statuimus, ut cathedram publicam consensurus ederet solemnia eruditionis specimina, & primum lectio-nem cursoriam ad L. i. C. commun. divid. Cui actui cra-stina luce habendo ut Magnificus Academia Pro-Rector, omnium Facultatum Professores, Doctores, Licentiati, Adjuncti, & Magistri, pariterque Hospites omnium ordinum honoratissimi, in primis autem Generosi & Nobilissimi Studiosi interesse dignentur, Facultatis meoque nomi-ne decentur oro rogoque. P. P. Jenæ d. XXV. Martii MDCCXIV.

L.S.

A2403649





1714,3

COLLEGII JURIDICI DECANUS,  
**GUIL. HIER. BRUCKNERUS, D.**  
 PANDECT. PROF. PUBL. CURIAE PROVINC. FACULT.  
 JURID. ET SCABINATUS ASSESSOR

DE  
**LITIS CONTESTATIO-**  
**NE ACTORIS**  
 OCCASIONE

*L. I. C. commun. divid.*

Q V A M

NOBILISSIMVS SUMMORUM IN JURE HONORUM

C A N D I D A T U S

**P E T R U S D U V E R N O Y**  
 MONTBELGARDENSIS

LECTIONE SOLEMNI, QVAM CURSORIAM

V O C A N T

d. XXVI. Martii M DCC XIV

ELEGIT EXPONENDAM

**I N H O C A G I T P R O G R A M M A T E.**

7 E N A E,

TYPIS MULLERIANIS.